

16

Lib. I. Cap. I.

sunt. Huc pertinet, cum dico: *Beatus anima è corpore discessus est ad vitam aeternam ingressus.* *Ingressus in infernum eadem sententia item minus estonus.*

14. Not. quod dicatur: *in casu recto*: si enim alterum eorum, quae simul sunt, ponitur in casu obliquo, non est praedicatione concomitativa, e.g. cum dico: *unius generatio sequitur alterius corruptionem*, haec concomitativa non est, licet generatio unius & corruptio alterius simul sint, quia alterum horum ponitur in casu obliquo. Sed satis de impropria praedicatione, nunc ad propriam.

15. Propria praedicatione est (1.) vel ordinata vel inordinata.

16. Praedicatione ordinata est praedicatione, in qua universale de singulari, vel connotativum seu adjectivum de absolutò seu substantivo affirmatur, ut: *Socrates est homo, Homo est animal, homo est doctus, O homines sunt vocati, Q. homines sunt electi.*

17. Dicitur 1. universale de singulari: ubi nota, singulare aliquid dici dupliciter (1.) absolute, quod nullo modo de pluribus potest, praedicari, ut: *Petrus, Alexander.* (2.) Respective, quod est magis universale, h. m. *Homo est singulare respectu animalis*, quia est minus uni-